IOANNIS COPI CELEBERRIMI IVRISCONSVLTI PARISIENSIS, LIBRI QVATVOR DE Fructibus, ex medullis legum Iuris Ciuilis & Canonici collecti, omnibus in praxi verſantibus longè vtiliſsimi.

Olim quidem ante annos quadraginta conſcripti & editi, nunc verò ob exemplariorum inopiam pauculis nouis additionibus adiectis recuſi.

BENEDICES CORONAE ANNI BENIGNITATIS TVAE. PSAL. 64

COLONIÆ,
Apud Maternum Cholinum.
M. D. LXXXIII.
Cum gratia & priuilegio Cæſ. Maieſt.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA - SALAMANCA

MICHAELIS FVRNEI AD lectorem carmen.

Non habuiſſe putem tam lenta cibaria Lesbum.
Non tales fructus geſſit opima Paphos:
Quales ciuili producit Copus agello.
Quem bene Parriſiis nocte diuq́; colit.
Hic ſegetes videas, vuas, & mitia poma,
Quaſq́; oleas guſtu dixeris Ambroſiam.
Vis igitur lector ciuiles mandere fructus,
Huc propera, & varies hortulus iſte dabit.

CHRISTIANISSIMO FRANCORVM REGI FRANCISCO, eius nominis primo, Ioannes Copus felicitatem optat.

VEreor ne ſupra modum temerarius, meiq́ue pene oblitus, videar, princeps Chriſtianiſſime: qui cum neq; eruditione ſatis, & ingenio parū poſſim, intempeſtiuis meis nugis tuā maieſtatem interpellare audeam: neque præuideam idem mihi imminere periculum, in quod olim nimium fragilibus pennis confiſum, Icarum incidiſſe, poëtarum fabulæ narrant: qui cùm audaciori volatu altius iter egiſſet, ſolemq́; propius contingere non dubitaſſet, pręceps in mare prolapſus, imprudētiæ & ſuæ temeritatis pœnas

IOANNIS COPI IVRISCONSVLTI DE FRVCTIBVS.

LIBER PRIMVS.

Quæ res fructus appellatione continentur. Tit. I.

De propria fructus ſignificatione. *CAP. I.*

FRuctus à ferendo dictus (vt Marcus Varro quarto de lingua latina libro ſcribit) omnes res quas fert fundus, & quæ in fundo feruntur, comprehendit: quam deſcriptionem Celſus adprobans, fructum eſſe ait, quicquid in fundo naſcitur: quicquid inde percipi poteſt [a]: & ita Paulus quoque definit [b], adeo vt ſi lapidicinę,

a l. item ſi fundi de vſufru.
b l. arbores de vſufruct.